



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 13. Clementis XI. summi Pontificis collisio cum Cæsare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

quam Proregis causſæ patrocinate: Sæc. XVII. A. C. 1702.
 inde vero Dux ira commotior, Cardinalem tanquam juratum Hispaniæ hostem apud Regem accusavit, tantumque effecit, ut Cantelmus Regiæ indignationis severitatem declinaturus Neapolin deserere statueret; priusquam vero suum exequeretur propositum, Monialem, Machiæ Principissam, quæ cum sua Sorore in eodem Asceterio capitali odio dissidebat, armata vi ex monasterio rapi, atque in aliud detrudi iussit, inde vero, aliisque ex causſis tam fatale sibi facessivit negotium, ut tædio consumptus, die undecima Decembris inopina morte decederet, postquam sexagesimum ætatis suæ annum emensus erat.

§. XIII.

Clementis XI. summi Pontificis collisio cum Cæsare.

Principum de Hispanica Monarchia Lettr. Hist. Mars
 contendentium dissidia haud parum pag. 236.
 Clementis XI. Pontificatum aggravabant; quamvis enim communis Patris Vit. Clem. XI. tom. 1. pag. 381.
 officia palam adimplere, summopere sollicitus esset, eorum tamen, qui alterutrius partis commoda præcipue circa Neapolitanum Regnum Sedi Apostolicæ clientelari jure obnoxium promovere
Hist. Eccles. Tom. LXVII. D cer-

Sæc. XVII. certabant, importunitas, ne dicam
A. C. 1702. audacia summum Pontificem gravibus
 implicabat molestiis: Cardinales enim
 & Proceres Gallo - Hispanis addicti
 haud contenti, quod Papa per Cardi-
 nalem Barbarinum Legatum suum Phi-
 lippo Andegavensi Duci de Hispaniæ
 folio gratulatus esset, seque magis Gal-
 liarum & Hispaniæ regibus, quam Cæ-
 sari addictum, haud obscuris testaretur
 indiciis, insuper summis precibus, po-
 stulatis ac minis instabant, urgebant-
 que, ut eidem quoque Pontifex utrius-
 que Siciliæ Regnum jure beneficiario
 conferret: id nomine Regis Gallici Fur-
 binus Cardinalis vehementius postula-
 bat, comminatus, ni subito hoc re-
 gnum beneficiaria lege in Hispaniæ Re-
 gem transferretur, hic præfati Regni
 possessionem, inconsulto atque invito
 Papa sibimetipsi asserturus esset, haud
 ultra illius inaugurationem a Papa pe-
 titurus. E contrario Leopoldus Cæsar
 nullum non movit lapidem, ut ab hoc
 consilio Papam absterreret, jusque suum
 in Neapolis regnum factum servaret;
 hanc in rem Cæsarem Michaellem D'Ava-
 los Marchionem de Vasto Romam ab-
 legabat, eumque, postquam unacum
 Conjuge sua anno priori Neapoli Vien-
 nam profugerat, magnum præfati Re-
 gni Camerarium, ac perpetuum Isciæ
 Insu-

Insulæ Governatorem constituit. Hic Sæc. XVII.
 igitur amplissimis donis & promissis Pur- A. C. 1702.
 puratos, & præcipue Nicolaum Rodo-
 lowichum, aliosque sibi devincire sa-
 tagebat, cum autem Gallis & potissi-
 mum Furbino Cardinali nimium in-
 festus esset, huncque cujusdam crimi-
 nis palam insimulasset, hic cum ceteris
 eundem tanquam læsæ Majestatis reum
 apud Pontificem accusabat, & tam im-
 probe illum insectabatur, ut Pontifex
 Marchionem bonis omnibus fisco ad-
 dictis, ad mortem condemnaret, eum-
 que, ubicunque intra ditionis Pontifi-
 ciæ fines deprehenderetur, capite plecti
 juberet. Tam vehementi iracundia
 ob hujus sententiæ severitatem exar-
 descebat Imperator, ut violatum gen-
 tium jus reparari per Lambertum Co-
 mitem Legatum suum a Papa peteret,
 simulque postularet, ut sententiæ con-
 tra Marchionem latæ decreto, ubi affi-
 xum fuerat, mox detracto, illius loco
 Marchionis innocentia publicis scriptis
 declararetur, Cardinalis, & Romanæ
 Urbis Governator, necnon Pallavici-
 nus Marchioni potissimum contrarius
 suo officio amoverentur, & Gambius
 Fisci Præfectus exilio, Venturinus vero
 Judex laqueo plecterentur, ac denique
 judicii acta per carnificem rogo addice-
 rentur: Hæc, cum Pontifex exequi
 D 2 cuncta-

Sæc. XVII. cunctaretur, Lambertus infalutato Papa
 A. C. 1702. Roma excessit, milites vero Cæsarei
 Ferrariensem ditionem mox invasere,
 brevi tamen tempore ibidem commo-
 rantes ad Padum ducebantur.

§. XIV.

*Protestantium motus contra Ca-
tholicos.*

Gottfrid.
 cont. Hist.
 Chron.
 pag. 579.
 Theatr. Eu-
 rop. t. 16.
 pag. 500.

Interea in Ratisbonensibus comitiis
 omnia diffidiis, altercationibus, ac
 tumultibus perstrepebant, & Galli Im-
 perii Circulos a Cæsaris partibus ab-
 strahere, sibi que devincire, tanta im-
 potentia certabant, ut Ricourtium
 Franciæ Oratorem, eo quod Cæsarem
publicæ quietis perturbatorem vocare non
 erubisset, & Chamoyum itidem Gal-
 licum Legatum nil nisi dissensionum se-
 mina spargere intentum Imperio pro-
 scribere oporteret: Porro Protestantes
 in turbido piscandum rati, sectam suam
 a Palatino Electore oppressam questi,
 ceterorum Augustanæ Confessionis Prin-
 cipum opem implorarunt, simulque
 Comitem de Lippe in usurpatione Mo-
 nasterii Falckenhagensis contra Jesuitas
 tueri satagerunt: Verum ab Aulico
 Imperii Senatu hæc flocci habebantur,
 ac Comiti militaris exactio interminata
 est. Acrius autem Protestantes insta-
 bant,